SUB | NIEDERSÄCHSISCHE STAATS- UND UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GÖTTINGEN

Werk

Titel: Christiani Hvgenii à Zvlichem, Const. F. Horologivm

Autor: Huygens, Christiaan

Verlag: Vlacq

Ort: Hagae Comitum

Jahr: 1658

Kollektion: DigiWunschbuch; Varia

Werk Id: PPN657468061

PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN657468061|LOG_0003

OPAC: http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=657468061

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.
Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.
Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

Illuſtriſſimis ac Potentiſſimis

HOLLANDIAE
ET
WESTFRISIAE
ORDINIBVS

Dominis ſuis,

CHRISTIANVS HVGENIVS à ZVLICHEM

Felicitatem omnem.

PRoditum eſt memoriæ primum Romæ ſolare horologium fuiſſe, quod è capto Siciliæ oppido quodam, annis poſt urbem conditam CCCCLXXVII, *cum cætera præda deportatum ſit, locoque publico dedicatum. Cui non planè ad Latij clima deſcripto, eoque nec lineas horis congruentes exhibenti, quum neceſſitate tamen & meliorum penuria undecentum annis Pop. Romanus paruiſſet, Cenſorem tandem Q. Marcium Philippum diligentius ordinatum juxta poſuiſſe, idque munus inter cenſoria opera gratiſſimè acceptum. Mihi, Proceres Ampliſſimi, rem haud abſimilem nec minore publico bono hodie*

agitanti

agitanti, ut qui non in una modò urbe, ſed omnium ubivis horologiorum inſtabilem motum correxerim, ſimilem quoque ab univerſis gratiam expectandam cenſuiſſem atque à civibus ſuis Q. Marcus reportavit, ſi, quemadmodum res eventusque ijdem ex intervallo redire ſolent, ita priſcus candor & ingenuitas in terris aliquando reduces cernerentur. Verùm hæ cum jam diu apud majorem hominum partem deſitæ ſint virtutes, contraque impoſtura & obtrectatio latè omnia obtineant; quænam fortuna maneret inventum noſtrum, ſimul ac vulgò innoteſcere cœpiſſet, facile equidem prævidi, neque me feſellit augurium. Ecce enim jam primum in patria hac noſtra eo exceſſit quorundam tum audacia tum impudentia, ut nihil interdicto veſtro deterriti, interpolare acceptum à nobis inventum, ac dein tanquam novum prorſus, noſtroque etiam, ſi dijs placet, præſtantius jactare auſi ſint. Atque hæc qui coram & ante oculos nobis fieri viderunt, nihilo meliora ab exteris regionibus imminere crebro admonuerunt. Nempe alibi quoque exorituros, & in gloriolam hanc noſtram involaturos homines iniquè invidos, qui, fortè an & ſibi ipſis, certè orbi univerſo perſuadere conentur, non hæc noſtratium ingenijs deberi, ſed à ſua ſuorumve alicujus induſtria diu ante profecta fuiſſe. Cujus rei indignitas cum ad gentem omnem noſtram, eoq; ad vos etiam, Domini Illuſtriſſimi, ſpectare videretur, qui nunquam æquo animo tuleritis inventorũ longè præclariſſimorũ, typographiæ inquam & teleſcopij, laudem à Batavia veſtra, plagiariorum fraude, averti; fateor me non levi ſtimulo

vi ſtimulo impulſum fuiſſe, ut eidem hujus quoque qualiscunque reperti decus adſererem. Itaque eam quæ ſola ad hoc patere viſa eſt, viam ſecutus, rationem omnem & conſtructionem novi automati, autor ipſe, paucis deſcribendam & in publicum producendam ſuſcepi; exiguo ſanè volumine, ſed quod brevius etiam fuiſſet niſi obiter ad ea quoque reſpondendum duxiſſem quæ à nonnullis objici mihi, ipſumque artificij noſtri fundamentum laceſſere poſſe, proſpiciebam. Hoc verò quicquid eſt operæ, quum melioribus auſpicijs lucem aſpicere non poſſet, veſtro Illuſtriſſimo Nomini ac tutelæ, ea qua decet veneratione, dicatum commiſſumque venio, neque tam pagellas haſce pauculas, quam inventum ipſum, ut videtur, non incelebre futurum, dedico conſecroque. Vos pro ſolita benignitate veſtra favete, ad publicam utilitatem, quoquo modo ſtudia ſua referenti, neque aliud magis in votis habenti, quam ut majoris momenti in rebus eadem poſthac approbare vobis contingat. Ita Rempublicam ſub imperio veſtro incolumem ſervet, beneque fortunet Deus.